

LIBER PRIMVS

bus inscribitur. adeo q̄ litteram quæ est in fine de p̄ribus impudenter immutarunt uel potius tineis ac humi-
ditatibus subterraneis oblitteratam inscie deprauarūt uti ī inferioribus diffuse disputabimus. Et hæc satis de or-
dine eius qui de longitudine ac breuitate uitæ dicitur dictum sit: nunc de iuuentute ac senectute dicendum est.

Ordo libri qui est de iuuentute & senectute.

Caput. XIII.

a Lia coniugatio de p̄dictis est iuuentus & senectus. q̄ sunt uitæ q̄dā status. generatio. n. secundum naturā
prior est: cū sit aīæ nutritiua ī calido participatio. Vita uero secūdo succedit. cū sit eius mansio. Hæc at
mansio diuersos habet status: siue modos. primus cōsistit in caloris augmēto. & in hoc est iuuentus com-
muni accepto uocabulo. In postremis calor diminiuit sub qua diminutione miserabiliter peragrat senectus. In
medio uero q̄dam status intercudit inter iuuentutē & senectutē medius. Ordo huius libri ē: quoniā mox ad eū
seq̄tur qui de causa longitudinis ac breuitatis uitæ diseruit. eo ī fine hunc ordinē sic approbante. (Nūc de aliis
animalibus dicta est cā. & de magnitudine uitæ & uitæ breuitate Reliquum aut nobis considerare de iuuentu-
te & senectute & uita & morte. iis deternūnatis finē utiq̄ habebit quæ de aīalibus methodus) Huic libro nōnul-
la in octauo de historiis post longitudinē ac breuitatē uitæ: de reiuuēscētia ibidem tractata sic incipientia:
correspondent. (Nōnulla ex iis quæ cōduntur exuunt id q̄d senectus uocatur) paucis. n. ibidem de reiuuēscen-
tia quoquomō scriptis: in causarū inq̄sitione plurimoḡ fit speculatio. Hic ē ordo in historiis plantarū a Theo-
frasto obseruat. post uitā. n. plantarum: iuuentutem & senectutem docet. Et hæc sufficiant de iuuentute & sene-
ctute. post quem ille sequitur liber qui de inspiratione & expiratione dicitur.

Ordo libri de inspiratione & expiratione.

Caput. XV.

a Nspiratio & expiratio est una de p̄fatis coniugationibus ab animali remotioribus. nō est enim propinq̄
aīalis operatō neq̄ pp̄ria quoniā paucis Cōuenit aīalibus. licet solis. maxime quoniā nō electiōe tantum
sed ē natura operante sit. hic liber incipit (De respiratione. n. aliqui quidem &c.) ordo huius est quoniā
ei uicinus est libro qui de iuuentute & senectute dicitur. In principio huius nihil colligit. n. nil proponitur. neq̄
in fine libri p̄cedentis de hoc aliquid fit. & merito. quoniā de eis ī principio p̄cedentis libri propositū fuerat: cū
dicebat. (De iuuentute aut & senectute & morte & uita nunc dicendum. simul aut & respiratione necessariū fo-
re causas dicere. quibusdā. n. aīalium pp̄ hoc accidit uiuere & non uiuere) ex iis in patet ad eum sequi debere qui
de iuuentute & senectute dicitur. patet insuper inspirationē & expirationē unum eē de mortis & uitæ cognatis.
cū per inspirationē & expirationē uiuere contingat aīali & nō uiuere: sed mori. Huic libro nihil determinati re-
spondet in historiis. licet in octauo. & alibi plurima de aīalium inspiratione ac refrigerio sparsim p̄tractata sint:
tum per pulmonē tum per branchas: aerem. & aquam atrahendo. Expeditis iis de inspiratiōe: ad eum q̄ de mor-
te & uita dicitur: transeundum est.

Ordo libri de morte & uita.

Caput. XVI

l ber de uita & morte qui incipit (Est quidē igit̄ oibus aīalibus cōe generatio & mors): aliis libris per hoc
principiū primo aspectu nō uidet̄ esse cōnexus. cum in eius p̄cipio nihil dicēdoḡ p̄ponat̄ nihil de p̄tra-
ctatis colligat̄. Cæterum aliter ab hoc se habet ueritas. Nam in principio libri de longitudine & breuita-
te uitæ: de morte & uita se tractaturū fore p̄posuerat: cū dixit (De somno q̄dem igit̄ & uigilia dictum est prius
de uita aut & morte dicendum posterius) & in fine eiusdē ait (Reliquū aut nobis considerare de iuuentute & se-
nectute. & morte & uita) & in principio eius q̄ de iuuentute & senectute scriptū reperit (De iuuentute aut & se-
nectute & morte & uita nunc dicendū.) Præter hæc uidemus q̄ huius libri principium sub forma conclusionis
sit factum. hoc mō (est quidem igit̄ oibus aīalibus cōe generatio & mors) q̄ cōclusio ex iis inferit̄ q̄ ultimo de in-
spiratione dicta fuerat. ex quo. n. īspiratio uitā cōseruat īpotentia aut mouēdi pulmonē & branchas: ē mortis cau-
sa: siue illa cā sit pp̄ senectutem uel pp̄ alias causas destruentes. sicuti in ultimis libri de inspiratione mox p̄scri-
ptum fuerat ab Aristotele: & cū aīal quodq̄ necessario. si uiuit ad senectutē deueniat: ueniens aut ad senectutē
īpotentia fit refrigerii ex defectu mēbri refrigerantis: ad quā īpotentiam seq̄tur mors. ergo mors erit cōis oī
aīali. ex iis igit̄ demonstratū est q̄ hic liber q̄ est de uita & morte: nō ē aliis incōnexus. sed a prime cōnexus. tum
q̄ in aliis locis de hoc libro p̄positū fuit. tū ex sui p̄cipio. sub forma cōclusiōis factū. Ordo igit̄ huius est quo-
niā ultimū totius methodi naturalis obtinet locū. ultius. n. est eoḡ q̄ agūt de iis q̄ aīalibus atinent prout a so-
la natura fiūt. Ultimū. n. opus naturæ solius q̄d aīali at̄tiet: ultio iter aīalia tractari debet. hoc at̄ ē mors. In hoc
at̄ libro plura de morte pauca uero de uita tractant. quoniā de uita plura ī eo q̄ de cā lōgitudinis ac breuitatis
uitæ tractata sunt. dixi at̄ (Solius naturæ) quoniā naturæ opus q̄d nō sola natura sed artificio quoq̄ subministrante
p̄ficiscit̄: q̄le ē lāgor & sanitas: post uitā & mortē ī cōfinio tāq̄ res naturæ & artis cōtermia: p̄tractari oportet
dixit. n. ī fine libri de uita & morte (De uita q̄dē igit̄ & morte & de cognatis huius speculatiōis dictū ē de oīb̄)
Intēdēs p̄ hāc speculationē eā q̄ de uita & morte. cognata at̄ huius speculatiōis sūt q̄ simpliciter a nā sola eueniē-
tia: uitæ attinet & morti. ueluti lōgitudō ac breuitas uitæ. & status iuuetutis & senectutis. & īspiratio & expira-
tio. q̄ uitā cōseruat. & corrupte destruit. Est. n. hic epilogus totius tertiæ ptis methodi de aīalibus. q̄ ē de uita &
morte & iis cognatis: oibus in unū cōphenis. Apparet ē q̄ hic liber sit ultimus p̄ ea q̄ ī fine de lōgitudine ac bre-
uitate uitæ scripta sunt. (Reliquū at̄ nobis cōsiderare de iuuetute & senectute. & morte & uita. iis. n. determina-
tis finē utiq̄ hēbit q̄ de aīalibus methodus) Huic at̄ ī historiis respōdēt ea q̄ ī octauo de diuersa aīaliū uita tradi-
ta sunt. si uero quod de moribus tractat̄ in historiis. nihil determinati in theoria causarū correspōdet. nisi q̄ de
sanguine turbido ac claro: crosso & subtili: in libro de partibus aīalium ab Aristotele disputatū est. Cæterū lan-
gor & sanitas quibus aīalium mortem p̄cedant: de eis tamē Aristoteles & in historiis & in causarum theoria post
mortem & uitam pertractauit. eo q̄ nō a natura sola sed arte subministrante facta sint. quare in contermio phy-
sici ac medici doceri debent. hæc aut̄ ratione & causa deficiente in plantis Theophrastus in plantarū historiis meri-
to de morte post langorem & sanitatem docuit. Et hæc satis sint de ordine eius libri qui est de uita & morte.